



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R.P. Francisci Arias, Societatis Iesv Theologi, De Oratione  
Mentali Et Mysteriorvm Vitae D.N. Iesv Christi &  
benedictae Matris eius meditatione**

**Arias, Francisco**

**Coloniae Agrippinae, 1616**

Prooemivm. Avctoris In Exercitivm De Praesentia Dei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48934)

PROOEMIUM.  
 AVCTORIS IN EX-  
 ERCITIVM DE PRAE-  
 sentia Dei.



Vemadmodum Dominus a-  
 liquis accuratam omnium  
 facultatum suarum ratione  
 subducturus, primū eas in va-  
 rias partes aestimato, cōscri-  
 ptisq; singularum pretio, diuidit, deinde verò  
 omnes simul collectas ad vnā summam reuo-  
 cat: Sic nos, cū hactenus aliquot distinctis  
 Tractibus multa, variaque ad progressum  
 in via spiritali faciendum media atq; ex-  
 ercitia copiose praescripserimus, cogitamus  
 ea omnia hoc libello ad vnum aliquod exer-  
 citium, velut omnium caput, summam, &  
 cōpendium contrahere. Hoc autem exercitiū  
 in eorū vertitur, vt in omnib; studijs, actio-  
 nib; & negotijs nostris Deum Opt. Max. qua-  
 si oculis mentis praesentem, nostraque omnia  
 etiam cogitata inuenientem & spectantem cer-  
 uemus, ac toto corde affectu in eundem fe-  
 ramur. Nam cū in hac vita mortali nobis  
 copia non sit, & potestas clarè atque facie  
 ad faciem videnti Deum, quod proprium  
 est beatorum um Christo regnantium, id sal-  
 tem committi debemus, vt oculis diuinæ fidei,  
 sanctaeque contemplationis eum, quasi praesen-  
 tem,



rem, cum reuera, licet inuisibiliter, presentem  
 sit, aspiciamus, ac quoties licet, sincero eam  
 amore complectamur. Egimus quidem de hoc  
 sancto Exercitio in Tractatu de Oratione,  
 cum exponeremus, quid sit, presentem sibi  
 stare Deum, quamque prestans & efficax hoc  
 sit medium ad colligendum animum, divina-  
 rumque rerum Meditationem cum fructu  
 constituendam: verum in hoc opusculo paulo  
 curatius fusiisque de eodem argumento age-  
 mus, quatenus valet ad eximium profectum  
 in omni virtutum genere faciendum, donec  
 ad earum fastigium, hoc est, perfectam  
 & omnibus numeris absolu-  
 tam cum Deo unio-  
 nem peruenia-  
 tur.

